



GERARDVS NOODT
Iurisconsultus, et Antecessor in Academia
Iugdina - Batava .

Act. 22. 1711. 1711.

G E R A R D I

N O O D T

N O V I O M A G I

JURISCONSULTI ET ANTECESSORIS

O P E R A

O M N I A .

T O M . I.



N E A P O L I

1786.

A PUD FRATRES TERRES

S U P E R I O R U M F A C U L T A T E ,

LECTORIBUS FRATRES TERRES.

TAT in demerenda re litterarum publica studium nostrum quoad ejus fieri posset significaremus, in illud semper oculos intendimus, ut ejusmodi librorum editione patriæ bibliothecæ locupletarentur, qui auctorum celebritate, & argumentorum præstantia, & exemplarium raritate ceteros anteirent. In quo sane si antea litteratorum votis respondisse noster nobis blanditur animus, nunc profecto certifore confidimus, ut curam diligentiamque nostram ius probemus. Damus enim Neapolitanis formis quam eleganissimis recusa GERARDI NOODT, qualis quantique Jurisconsulti! Opera universa de quorum dignitate nihil ne discere quidem audemus; nostro enim præcorio sunt majora, suumque sibi ab auctoris fama pretium conciliant. In hac autem editione adornanda id sedulo curavimus, ut nihil in ea desideraretur, quod ab hoc Scriptore usquam editum fuerit; singula enim ipsius opuscula collegimus, quorum nonnullis carent exteræ editiones, ne ea quidem excepta, qua duobus ante annis Coloniae Agrippinæ prodidit. In his porro opusculis locum obtinet quoddam Responsum in causa matrimoniali, quod Belgice Auctor conscripsérat: Latine vero redditum ab Alexandro Arnoldo Pagenstechero, in libro, cui titulus Irnerius injuria vapulans, heic exhibendum duximus, ut lectorum commodo prospiceremus. Rem etiam pergratam iisdem facturos existimavimus, si rerum ac legum indices, qui singulis voluminibus in ceteris editionibus adnuntiuntur, in unum compactos ad calcem postremi voluminis rejiceremus: contenti conspectum capitum suis quemque libris subjicere. Adhuc eam voluminis formam, quartum vulgo appellatam, ceteris prætulimus, ut quæ reliquarum accommodatissima ad legendum communi calculo statuitur. Nulli tandem sumtui aut labore pepercimus, ut castigatissima, & a typographicis mendis, quoad progredi potest humana sollertia, libera ad publicam lucem evaderet. Vos interea nostris laboribus fruimini, nostræque studiosissime voluntati in re libraria provchenda favete.



SERIES OPERUM OMNIUM GERARDINOODT

In quatuor Voluminibus distributa.

T O M. L

V Ita Authoris a Joanne Barbeyracio scripta.

Probabilitum Juris Civilis libri IV.

De Jurisdictione & Imperio lib. II.

Ad Legem Aquiliam liber singularis.

De Fœnore & Usuris libri III.

Diocletianus & Maximianus, sive de pactione & transactione criminis liber singularis.

T O M. II.

Observationum libri II.

De forma emendandi doli mali in contrabendis negotiis admissi apud Veteres liber.

De Usufructu libri II.

Ad Ediculum Prætoris de pactis & transactionibus liber singularis.

Julius Paulus, sive de partus expositione & nece apud Veteres liber singularis.

Amica responso ad difficultates Julio Paulo, sive libro De partus expositione & nece, nuper matas a Viro Amplissimo, Cornelio van Bynkersboek, Jurisconsulto & in suprema Hollandie, Zelandie, & Westfrieſe Curia Senatore, Opusculo De jura occidendi, vendendi & exponendi liberos apud Romanos.

Dissertationes quatuor.

I. De Civili Prudentia.

II. De Causis corruptæ Jurisprudentie.

III. De jure summi Imperii & lege Regia.

IV. De Religione ab Imperio Jure Gentium libera.

Responsum in causa matrimoniali.

T O M. III.

Commentarii in Pandectas lib. I. ad XIII.

T O M. IV.

Posteriores lib. XIV. ad XXVII.

Index generalis & duplex: uersus Rerum ac Verborum: alter locorum, que in his Operibus aut explicantur aut emendantur.

Tom. I.

GE-

GERARDI NOODT
JURISCONSULTI ET ANTECESSORIS
PROBABILITYM
JURIS CIVILIS
LIBER PRIMUS.

C A P U T I.

1. Si flumen agrum alicujus occupet, & deinde rursus relinquat, quid juris? Gajo lux data in l. 7. §. 5. & 6. D. de adquirendo rerum dominio. 2. Rationes differentiuntur Interpretum adscruntur. 3. Discutuntur. 4. Ponponius restituit in l. 30. §. 3. D. eod. sit. exempta Glossa, que habetens eum locum inquinavit.



UM de adquireando rerum dominio, cum de usurpatione, aliisque id genus causis agitur; frequens est, nec inelegans dubitatio, si flumen fundum alicujus occupaverit, deindeque rursus desergerit; utrum omnino extinxisse haec jura, an tantum suspenisse videatur. eam dubitationem definit Gajus his verbis l. 7. §. 5. & 6. D. de adquirendo re-

rit aqua, palam est ejusdem esse, eius & fuit. Hec Gajus. que autem sit eius sententia, usque adhuc est questioni viris doctis. Accursius, ne una conjectura minus sufficeret tollendae difficultati, complures attulit: quarum prima rigorem separat ab sequitate: altera distinguit, utrum aliquo modo appareat primi acri qualitas, an non appareat: tertia purat, Gaji sententiam procedere, nisi aqua cum impietu recelerit. Sic Accursius. Franciscus vero Connarus, V. Cl. censet lib. 3. Comment. jur. civil. c. 5. n. 2. Gajum rem totam dubiam atque ancipitem reliquise: cum nihil haberet, quod pro certo responderet, postulante aliud aquitatem, aliud summi juris ratione. Mihi proclive est docere, non esse temere recedendum a secunda Accursii response: ne propter illa quidem Gajii verba, stricta ratione: quibus video turbari doctos viros. Non enim significant, quod illis videtur, rationem subnixam subtilitate, quam utilitas atque usus juris refutet; sed eam, que cum publica utilitate atque usu juris consentiat. Eam rationem Justinianus appellat ius strictum; eique opponit mollem animum l. ult. §. 1. C. de compensationibus: id est, animal non viriliter, neque ex vero, sed solitius, quam par sit, sequentem vim humanitatis. Ulpianus in expositione Senatusconsulti Macedoniani eamdem rationem dicit severitatem Senatusconsulti l. 9. §. 2. D. de Senatusconsulto Macedoniano; Modestinus alibi rigorem juris indigitat

Quod si toto naturali alveo relicto flumen alias fluere caperit: prior quidem alveus eorum est, qui prope ripam predia possident, pro modo scilicet latitudinis cuiuscumque predii, que [latitudo] prope ripam sit: novus autem alveus ejus juris esse incipit, cuius & ipsum flumen, id est, publicus juris genitum. Quod si post aliquod tempore ad priorem alveum reversum fuerit flumen: rursus novus alveus eorum esse incipit, qui prope ripam ejus predia possident. Cuius tamen totum agrum novus alveus occupaverit: licet ad priorem alveum reversum fuerit flumen; non tamen is, cuius is ager fuerat, stricta ratione quidquam in eo alveo habere potest: quia & ille ager, qui fuerat, desuetus esse, amissa propria forma; & quia vicinum predium nullum habet, non potest ratione vicinitatis ullam partem in eo alveo habere. Sed vix est, ut id obtineat. §. 6. Aliud sane est, si cuius ager totus inundatus fuerit: namque inundatio speciem fundi non mutat: & ob id, cum recesseret.

A